

Psalmus vndecimus in quo ppheta
petit a malis huius mundi liberari.

Saluū me fac dñe a mūdi malis et pi-
culis qm̄ in aliquo
alio nō ē salus/ideo timēte et exclamāte exaudi (qm̄ defe-
cit sanctitas) in hōibz pauci sancti sūt inter tot malos
(qm̄ diminue sūt veritates) scz vite et doctrine et iusticie
a filiis hōim. Vere diminue sūt veritates a filiis hōim
qm̄. **D**ana scz falsa locuti sūt vnusquisqz ad decipiē-
dū (suū pxiū labia dolosa) existētes qz garrula ad ob-
latiādū et dolosi ad decipiēdū et vere dolosi sūt qz duplici
(corde locuti sūt) aliud dicētes et aliud i corde retinētes.
Dispdat dñs vniūsa labia dolosa) ut iudeoz qui do-
lose et fraudulēter loquūtur de xpō et hēticōz (et linguā
magniloq̄) arrogāte et extollēte se/ ut ē supboz ppo-
citarū et vanoz philosophānū. **Q**ui scz phi (dixē-
rūt linguā nrām magnificabimus) loq̄tate se extollē-
tes et de ptate labioz se iactātes dicētes (labia nrā) fa-
cūdia nrā sententie q̄s pferimus nrō ingenio et studio
habite sūt/ doctores (ex nobis ip̄is habemus) nō aliū-
de (q̄s nr dñs est) a quo p̄dicta ut a dño cognoscamus
et cuius legi nos subiciāmur/ quasi dicerēt nullus.
Quia mala p̄dicta faciūt dicit deus p̄r. **P**ropter mi-
seriā) tollēdā quā sustinēt iusti (et gemitū eoz nūc) tpe
gr̄e ne diuina tribulacōne grauētur (apparebo) in filio
meo incarnato qd̄ añ in p̄ori sc̄o nō feci. **D**onā in ihu
filio meo solacōz) pauperū (et potēter et efficaciter agā)
om̄ia (per eū) genus hūanū liberādo. itaqz ei nīl resistet.
Et hec certissime euēient qz. **E**loq̄a dñi eloq̄a casta
sūt) nulla adulterina falsitate corrupta pulcra pura et

rata sicut (argentus examinatus purgatus multipliciter)
ab omni terrena cōmixtione et ideo certissima habēda
sūt. **Q**uia talia sunt eloquia tua. **Tu dñe** pro certo
(seruabis nos) hic in pñtia ab hostibz ptegēdo p gra-
tiā (et custodies nos) liberādo ab omni generacōe ma-
lorū in futurū per gloriā.

Tu dñe seruabis nos. sed **I**mpij qui sūt absq̃ pie-
tate religionis in deū et opationis in proximū (in circū-
itu) vicioz ambulant nō ptingentes ad mediū virtutis
et ideo nunq̃ ad rectā possunt semitā puenire et per
consequēs peruenire nequeūt ad requiē beatā (secūdū
altitudinē) autē consilij tui qđ est in cōprehensibile (mul-
tiplicasti electos tuos) in virtutibz per quas eos facis
ad participandā beatitudinē tuā peruenire.

Psalmus duodecimus in quo de desiderio
sanctorū patrū ad aduentū cristi.

Propheta in persona iustorū.

Usquequo dñe obliuisceris ^{me}
^{pre}
sentia incarnacōis differēdo (nūquid) hoc erit (finali-
ter) usquequo pñtia filij tui tādiu desideratā (abscondis
a me. **Q**uādiu ponā osilia in anima mea) tractans et
considerās quādo venies (quādiu) hanc afflictōis et in-
estimabilis anxietatis magnitudinē patiar otinue ex di-
latacōe aduentus tui. **U**squequo exaltabit ^{et} glori-
abitur (mimicus meus) diabolus (sup me) qđ totū genus
hūanū habeat captiuū (respice) mitte quē missurus es
(et exaudi me) cito ne dilacōe diutina totus mūdus ra-
ptus erroribz peat (dñe deus me9) cuius ego fuus sū et
creatura. **I**llumina oculos meos) lumie tue solacōis (ne
unq̃ obdormiā in mortē) mortalis culpe (ne qñ dicat)